

omnia supra adducta pro ea: Quibus non obstant fundame-
 ta contraria, nam eis fatihsit ex supradictis, & la-
 tius per Tellum Fernand. ubi supra in tota illa quarta
 parte Quae recepta sententia tenenda est etiam in casu
 speciali supradicto, nempe quando pupillaribus substi-
 tutio facta est ipsi impuberi praeterito vel exhere-
 dato, vt pluribus allegatis resoluit esse veram & com-
 munem sententiam doct. Cost. ubi supra, n. 10. Glof. et
 Barr. ubi supra in contrarium allegati referunt se
 & loquuntur ad tempus antiquum, eoque attentio
 non vero ad ius nouissimum Authenticorum: quo ex-
 stante nostra sententia communis verior est, vt idem
 Barr. tenet consil. 52. & post alios aduertit Cost. ubi supra,
 dist. num. 10. qui in 3. parti. eiusdem capitul. super dist. gl.
 ver. idem filio, n. 3. contra eam etiam tenet. Restat nuc
 respondere dist. i. 10. tit. 3. parti. in verbis supra relatis,
 quae videtur expresse contra communem & contra
 iura, quibus ipsa communis fundatur, cui legi, ne in-
 ducatur iuris correctio, duos singulares intellectus
 assignat Tellus ubi supra, numero decimo, & sequentiibus.
 Primo vt intelligatur, quando testamentum fuit irri-
 tum ex defectu solemnitate vel ex alia causa extra
 causam praeteritionis vel ex hereditationis, quo casu etiam
 iure communi, secundum communem sententiam,
 quam refert, non conferuntur legata nec alia, secundum
 ipsum Tellum: vel secundo, quod quemadmodum in
 superiori parte illius lponuntur casus in quibus substi-
 tutio pupillaribus deficit, ex his quae contingunt in
 persona filii in hoc versu si de sumas, ponuntur alii
 sub vno conceptu verborum, quibus substitutio pupi-
 llaris euanciscit propter casus contingentes in perso-
 na patris testantis in vita ipsius: nempe si ciuitate a-
 mittat vel si damnatus fuerit, &c. Tunc etenim statim
 cum sententiam passus esset, non post mortem testame-
 tum est irritum, quo casu substitutio pupillaribus euane-
 scit, sicuti & legata, quia non est testamentum in vita
 testantis, vt in l. si quis filio, §. vtrum cum §. sequi, ff. de
 iustit. sup. v. v. §. c. Et hoc est quod dicit dicta lex
 Regia ibi: Quo tenendo quibuscumque per aliquam razi de-
 recha el testamento &c. At vero quando ex causa praeter-
 itionis vel exhereditationis definit esse testamen-
 tum, est post mortem & non in vita, & tunc valet substi-
 tutio pupillaribus, &c. Hocque apertius demonstratur
 in fin. dist. l. ibi: Tunc de sumas §. des fallice est substitutio
 pupillaribus si el padre luxere despus otro testamento
 acabado, o le nacesse otro hijo, Et sic enumerat omnes
 casus positos in titulo quibus modis testamentum irritum
 maneat. Qui intellectus, est verus in se, vt in sumis tamē
 conuenite videtur litera dict. l. partita, quae generali-
 ter nimis decidit, vt euacuato testamento aliqua ratio-
 ne iudicia euanciscat pupillaribus substitutio: Ergo cō-
 prehendit omnes casus, quibus legitima ratione testa-
 mentum rumpitur. Nec obstat quod ait Tellus, nempe
 in superiori parte illius legis poni casus, in quibus
 substitutio pupillaribus deficit ex his, quae contingunt
 in persona filii, & in dicto versu. otro si de sumas, qui-
 bus euanciscit substitutio propter casus contingentes
 in persona patris in vita ipsius: Nam etsi primum sit
 verum, secundum vero non ita est: Quinimo dicit. ver-
 otro si de sumas loquitur generaliter, quoties testame-
 tum rescinditur aliqua ratione legitima, vt tunc quo-
 que dissoluitur substitutio pupillaribus & sic compre-
 hendit irritationem testamēti ex causa praeteritionis vel
 exhereditationis. Nam hoc reuera dicit. l. v. ar. §. preten-
 dit, vult atq; disponit, nempe in principio ponit qua-
 tuor rationes, quibus substitutio pupillaribus dissoluitur,
 quamuis testamentum patrum in, in quo ipsa conti-
 netur, valet & non rescindatur. Primam, quando pu-
 pillus peruenit ad pubertatem. Secundam, quando ami-
 sit libertatem ciuitatem, & familiam. Tertiam, quando

perdidit ciuitatem & familiam, non vero libertatem,
 Quartam, quando amittit familiam, non autem ciuitatem
 neque libertatem, postea in dict. vers. otros si de sumas
 ponit quintum casum generalem, vbi substitutio
 pupillaribus euanciscit, nempe quoties testamentum re-
 scinditur vel irritatur aliqua ratione legitima (propt
 contingit ex causa exhereditationis vel praeteritionis).
 Postea in fine lex refert alios duos casus, in quibus substi-
 tutio etiam euanciscit, nempe quando testamentum
 quoque ipso iure rumpitur, scilicet, alio posteriori tes-
 tamento perfecte condito & agnitione posthumi: &
 hic est verus casus literalis vltra omnes, dicit l. Regia,
 secundum quem manifeste ibi probatur opinio Dyni
 & sequacium, vt recte aduertit in proprio loco Greg.
 in gl. se de fataria, & Couar. ubi supra d. nu. 4. & dist. Ceterum
 etiam ubi supra n. 18. dicens in hoc regno Castellae vix
 esse, vt communis opinio probari queat propter dict.
 l. ar. §. licet addat, interpretatione succurrendū videri,
 ne in hoc regno Castellae, in quo omnia sunt aequi-
 quissime constituta, iniuriam iuris debeat praualere,
 cum attentio iure communi, verius sit & multo rece-
 ptius, quod his casibus conferuntur pupillaribus substi-
 tutio. Quare ad nostram legem nouiorem titulum de los te-
 stamentos, recurrendum est. Eandem sententiam con-
 tra communem de iure regni per dist. l. partita, (quam
 expressam ad hoc reputat) tenet doctor Didac. Perez
 in l. 1. tit. 2. lib. 5. Ordenamiento, fol. 83. column. 8. & nouissi-
 me Angul. in l. 8. glo. 4. numer. secundum titulum de lib. 5. Nonae
 Collectio Regia.

Hac fitigitur quaestione expedita superest, vt agamus
 an a iente nostra lege i. tit. de los testamentos, quae dicit
 valere testamentum nuncupatum, conditum cum sole-
 mnitate huius legis quo ad legata, & quāuis nullus fuerit
 heres institutus in eo, vel si institutus noluerit adire heredi-
 tatem, sed eam repudiauerit, conferuntur substitutiones
 pupillaribus & exemplares: Et non conferuntur affirmat
 Couar. ubi supra, num. 2. ea solum ratione, quod nostra
 lex intelligenda sit in his, quae praecipi institutionem
 heredis non requirunt: secus vero in his, quae abque
 institutione heredis minime subsistunt: sequitur
 Angul. ubi supra. Haec tamen ratio sufficiens minime est,
 cum, vt in quaestione praecedenti probauimus, legata &
 tutelae datio necessario institutionem heredis requi-
 rant pro sui valore & tamen ipsa conferuntur testa-
 mento annullato vel rupto ex causa praeteritionis vel
 exhereditationis. Quare contraria sententia in terminis
 nostrae legis est tenenda, nempe, vt ea attentā, in casu
 ipsius conferuntur praedictae substitutiones, tutoris
 datio atque exequutores testamentorum, tum propter
 generalitatem nostrae legis sique intelligenda est
 etiam in iis quae praecipit exigunt heredis institutio-
 nem, vt tenet Greg. Lopez ubi supra, in dict. glof. se sumas,
 circa fin. & Marten. hic dist. gl. 14. num. 84. tum etiam
 propter illa verba: Vala el testamento en las mandas
 & en las otras cosas q. en el se contiene. Quasi nihil voluerit
 lex illa excipere, & appellatione ceterorum compre-
 henditur venit substitutio pupillaribus, vt in dict. l. qui
 plures, §. a patre ff. de vulg. & pupill. substit. Facit praeterea
 pro hac parte communis sententia, quam supra proba-
 uimus in casu dict. Auth. ex causis, quia licet nostra
 lex non disponat nec loquatur in casu dict. Auth.
 eadē tñ ratione, cum in testamentum quoad institu-
 tionem reddatur nullum per praeteritionem filij, & ad-
 huc resoluimus conseruari substitutionem pupilla-
 rem & exemplarem in eo contentas, idem dicendum
 est in casu nostrae legis Regiae, tñ in primo ipsius casu,
 quando nullus heres est institutus, quam in secundo,
 quando institutus noluit adire hereditatem, cum in v-
 troque disponat lex valere testamentum hodie, quoad
 legata & reliqua, praemaxime in secundo casu, vbi heres
 insti-

institutus est in eo: Et ita in terminis nostrae legis vo-
 luit Greg. Lop. ubi supra, & tenet vnico verbo dist.
 Anton. Gen. 1. tom. variat. cap. 4. num. 4. Quam opinio-
 nem latius probauit loquens in pupillari substitutione
 & donatione tutoria atque exequutorum doct. Petr.
 Peralt. in l. omni, in prime, nu. 19. vers. par. ration. ff. legat.
 2. cum ea etiā quavis dubius remanere videret Greg.
 Lop. in dist. l. 10. tit. 3. parti. 6. in gl. se de fataria, idem in l. 2.
 in gl. entrar la heredada, tit. 7. eadem 6. parti. & dist. Cost.
 ubi supra, num. 18. & Tellus Fernand. in dist. l. 3. Taur. in 4.
 num. 18. & sequen. doct. Anton. de Padill. in l. eam quam,
 num. 70. C. de fideicommissis, & nouiss. breu. sermon. Burg.
 de Paz in dist. l. 3. Taur. in 6. conclusio. num. 839. fol. 274.
 & postremo Marten. in present. dist. glof. 14. num. 83.
 & 84. vbi a fortiori hoc probat, nam iure communi maior
 defectus erat omnino institutionis heredis vel aditi-
 onis hereditatis, quā praeterito vel exhereditatio: quā-
 doquidem priori casu legata minime debebantur, sed
 totum cotruebat testamentum, vt in l. 1. ff. de vulg. & pu-
 pill. §. ante hered. Inst. de legat. l. si nemo ff. de res-
 tam. tutel. & in proem. tit. 3. parti. 6. in vltima vero specie
 solum quoad institutionem heredis cotruebat testa-
 mentum, non quoad alia capita in testamento con-
 tentas, vt in dist. Auth. ex causis: Ergo maiori ratione
 lex nostra disponens propter defectum aditionis vel
 institutionis testamentum non rumpi, quā ad alia om-
 nia in testamento contenta, extendetur ad alia spe-
 ciem, quae minorem habeat dubitationem iure commu-
 ni, nempe vbi propter exhereditationem vel praeteri-
 tionem testamentum irritabatur, quae ratio etiam
 fuit Greg. Lop. ubi supra.

SVM M A R I A.

- 1 Aditio venientium ab intestato, an hodie iure Regio
 requiratur ad valorem legatorum eo casu quo nullus
 heres institutus sit, vel si institutus repudiauerit: per
 totam quaestione conclusum non requirit.
- 2 Aditio venientium ab intestato requiritur ad valorem
 legatorum, quoties legata vel fideicommissa relicta
 sunt in codicillis, vel conseruantur virtute clausulae
 codicillaris vel ex alia causa: quod quomodo procedat,
 agitur in num. 4.
- 3 Legata in casu l. i. tit. 4. de los testamentos, lib. 5. Noua
 Collectio Regia, non debentur ab intestato sed ex
 testamento, quod est validum, & num. sequent.
- 5 Aditio venientium ab intestato non requiritur ad con-
 seruationem legatorum priorum.
- 6 In casibus in quibus aditio venientium, ab intestato
 non requiritur ad valorem legatorum, sunt requirēdi
 prius ipsi, quam index legat. solui praecipiat, an
 vult adire ne, & praxie procedendi hoc casu.

Eadem l. i. De los testamentos.

QV AESTIO XXXI.

Verō vltimus, & secundo circa eandem legem
 legem l. tit. 4. de los testamentos lib. 5. Nonae Col-
 lectio Regia, an ad valorem legatorum iure Regio asteno
 hac nostra requiratur aditio venientium ab intestato, eo
 casu, quo nullus heres institutus sit in testamento vel si in-
 stitutus repudiauerit: Et requiri videtur, prout requi-
 ritur, quoties legata & fideicommissa sunt relicta in
 codicillis vel conseruantur virtute clausulae codicil-
 laris, vel ex causa praeteritionis vel exhereditationis,
 vel ex alia qualibet causa iux. gl. communiter vbi q. an
 probatum in l. qui filio, §. 1. verb. liber ex codicillis ff. de he-
 red. insti. quam esse communem profertur statim ci-
 tandi, qui plures congerunt sequentes praedictae glossae
 doctrinam: Est etiam communis, vt pluribus quoque
 allegatis resoluit in repe. l. nemo potest, n. 32. ff. de legat.

Secundo, ex nostra lege dum praecipit, nullo herede
 relicto illum esse heredem ad quem alias iure & con-
 suetudine patris ab intestato hereditas pertinere: er-
 go ipsius aditionem clare exigit. Tertio facit doctrina
 Bald. in l. eam quam, colum. 3. num. 4. C. de fideicommissis, vbi
 tenet, quod ad hoc vt legata pia non adita hereditato
 conferuntur; hereditas ab intestato adenda est.
 Quarto, quia heres non potest obligari nisi ex quasi
 contractu, qui inducitur per aditionem hereditatis, vt
 in l. apud Iulianum, §. final. ff. ex quib. causis, in possessionem
 earum, §. heres, Inst. de oblig. quae ex quasi contractu nasci.
 Ergo hereditate non adita minime poterit conueniri
 heres, quia ubi non est obligatio passiva, non potest ac-
 ctiva deduci in iudicio, vt in l. in trib. ff. de iudi. Quin-
 to facit l. si ff. de fideico. liberi, vbi ad confirmationem
 eorum quae in codicillis relinquuntur, si quis intesta-
 tus decedat requiritur aditio venientium ab intestato,
 praeterquam in legato libertatis, quod cum cautione
 de soluendo creditoribus hereditatis debetur fauore
 libertatis. Et ita hanc opinionem in terminis nostrae
 legis tenuerunt Patius doct. antiquus in dist. nostra l.
 Ordinan. veter. & Fernand. de Talauera, in l. 4. Taur. nu.
 83. 87. & 94. eamque probat doct. Didac. Couar. in ca.
 Raim. §. 3. nu. 8. & 11. circa fin. Dist. Didac. Per. in l. 1. tit.
 2. lib. 5. Ordenam. fol. 92. vers. hodie.

Sed his non obstantibus, contraria sententia est ten-
 dendajmo quod hodie attenda hac nostra lege nulla
 aditio heredis scripti vel venientis ab intestato requi-
 ritur ad valorem & petitionem legatorum in testame-
 nto relictorum per nostram legem, vbi Vala el testamen-
 to en las mandas & en las otras cosas, & prius ibi §. sea va-
 ledero el testamento q. en tal manera fiere ordenado en las
 mandas & en las otras cosas. Et sic legata non debentur ab
 intestato, sed ex testamento, quod est validum, quam-
 vis contrarium teneat Paul. & Talauer. n. 87. & Couar.
 dist. nu. 8. ubi supra. & nihil exprimitur in hac lege de
 aditione heredis scripti & sic nec venientis ab intesta-
 to: ergo ipsa non requiritur: Si enim requireretur, id
 non exprimeretur in nostra lege, coponat solemnitas,
 & sic formam testamenti nuncupati, vt valeat respu-
 dit legatorum & ceterorum in eo contentorum: non
 enim omittitur, cum sit res notata digna, arguunt.
 Item apud Labonem, §. hoc interdictum q. de snur. Ergo
 consulto omilla cēdenda est tanquam non necessaria,
 & ita in terminis cōsimilibus statuti nostrae legis tenen-
 tur Socin. colum. fin. Vincent. col. 28. Rpa num. 66. in l. 1.
 ff. de legat. 1. post Bald. in l. 1. num. 6. C. si quis omis. caus. te-
 stem. & in propriis terminis nostrae legis ita tenet Greg.
 got. Lop. in l. 37. tit. 9. par. 6. in verb. los frutos, & in proem.
 tit. 3. eadem par. & in l. fin. verb. nacee despus, tit. 12. p. 6.
 Eandem sententiam auctoritate Bald. & Claf. confirmā
 probauit doct. Petr. Peralt. in l. omnia, in prime, nu. 17. ff.
 de legat. 2. & sequitur doct. Anton. Gen. in l. 24. Taur. n.
 4. idem in 3. tom. cap. 12. de legat. num. 11. vers. hodie tamē
 Burg. de Paz late in dist. l. 3. Taur. 6. conclusio. num. 872. &
 sequen. Tellus Fernand. ibidem in 3. parti. per totum limi-
 tans in legato vniuersitatis, doctor Anton. de Padill. in
 dist. l. eam, num. 79. & nouissime eandem probat Marten.
 in present. glof. 14. num. 5. sequentiibus, qui nonnullos ex
 supradictis, non tamen omnes refert, & num. 55. & se-
 quen. idem tenet in legato vniuersitatis, contra Tellum
 ubi supra, nu. 11.

Et tenendo hanc sententiam, prout est tenenda in
 iudicando & consulendo, non obstat l. gl. d. qui filio, §.
 §. i. verb. liber ex codicillis, quia illud iure requiratur in-
 stitutio heredis & aditio hereditatis, vt in d. l. eam quā,
 & in l. si nemo, ff. de testam. tutel. item glof. illa & cō-
 munis cum ea loquitur, quoad legata debentur ab in-
 testato, vt quia sunt relicta in codicillis sed per no-
 stram legem debentur ex testamento, quia validū est.

vt prædixi. Præterea glof. illa fundat suam opinionem quia legata venientibus ab intestato repetita censentur quod in casu nostræ legis non est ita, quia repetitio ipsa necessaria non est, attentis verbis nostræ l. Quinimo adhuc in casu suo glof. opin. esse communiter te probatam testetur Iacobinus in Authen. ex causis n. 24. C. de lib. præter. vel ex hered. propt. refert doct. Ant. ubi supra. Sed re vera opin. ius receptor est atq; verior, procedit tamen illo iure vt prædixi.

Non obstat secundum fundamentum contrariæ patris, nempe nostra Libi. T. ensone herede a quel que segun derecho q. columbre de la tierra de heredar en caso que el testador no hiziera testamento. Quia respondeo vt supra est dictum, non tamen ideo requiri heredis legitimi additionem, quinimo in secundo casu, quando heres est scriptus in testamento, inquit nostra lex testamentum valere, quoad legata & cetera in eo contenta, etiam si prædicti heres scriptus nolit hereditatem adire, nec tunc reperit verba supradicti casus, nempe T. ensone herede, &c. Ergo nulla hereditatis aditio requiritur in vtroque casu.

Non ¶ obstat & tertium fundamentum, quoniam contrarium est verius, etiam iure communi attentio, nempe, ad legatorem priorum conferuationem non requiri idem validum venientibus ab intestato, vt probauit idem Bald. in l. qui filius, §. ff. de hered. institut. Gregorius Lopez, in dict. l. 37. & Burg. de Paz vbi supra numero 88.

Quantum fundamentum cessat, quoniam etiam si non requiratur in casu nostræ quæstionis aditio hereditatis heredis scripti nec venientium ab intestato, requiritur tamen sunt ipsi, an velint adire, nec ne, pantequã iudex percipiat legata solui, atq; certu terminu breuẽ ad id iudex debet statuere, quibus reuocentibus vel tacentibus, transacto d termino dabitur curator atque defensor hereditatis iacenti vel bonis defuncti, qui cõueniri poterit pro legatis coq; legatarii sua legata consequentur, vt in terminis tenent atq; probant Dd. supra citati, præcipue Anton. Gom. vbi supra. & Gregorius Lopez, item Burg. de Paz, num. 888. & Matien. glof. 4. num. 10. vbi in seq. late differit, quæ actiones legatario hoc casu competant, de quo & per doct. Ant. in dict. l. eam quam num. 80.

Non obstat & equitum fundamentum aduerfæ partis, nempe d. l. 2. ff. de fideicom. libert. quia ibi ideo aditio venientium ab intestato requiritur, quoniam defunctus ab intestato decessit & ad confirmationem codicillorum ea erat necessaria, hodie vero in nostro casu testamentum est validum quoad legata & cetera, ideo aditio non est necessaria, vt probauit supra.

SVM MARI V M

1 An hodie stante eadem l. i. de los testamentos, sustineatur exheredatio filij absque aditione hereditatis, quoad iure communi requiritur? & non requiri probatur.

Eadem l. i.

QVÆSTIO XXXII.

1 QVÆRO tertio circa eandem legem i. tit. de los testamentos, an hodie stante hac lege valeat, & sustineatur exheredatio filij absque aditione hereditatis, quoad iure communi requiritur, vt in l. filium, §. sed cum exheredatio, ff. de bon. posses. contra tabul. & ibi glof. & communiter doct. tenent, in l. si patronus, la segunda, §. ex testamento, ff. de bon. posses. contra tabul. & in l. Papinianus, §. si conditio, ff. de inoffic. testamen. versic. quoniam, l. 2. inul. 7. part. 6. Et videtur hoc ius commune minime corrigi per nostram l. quia ipsa procedit in dispositione dispositiua legati vel fideicommissi vel alterius teli-

ti, scilicet, in dispositione priuatiua, provt est exheredatio, & quia adhuc stante hac lege militat rationes iuris communis: Ita in terminis tenuit doct. Anton. Gom. in 1. tom. capit. 11. nu. 18. Sed contrarium est tenendum, imo quod cum hodie attenta hac nostra lege ad substantiam non tantum legatorum, sed etiam alioru cõtentorum in testamento, non requiratur aditio hereditatis, vt quæst. proxima modo resoluimus, poterit querela inofficiosi testamenti, non adita hereditate proponi, sicut etiam de iure antiquo poterat bonotu possessio contra tabulas intentari: quia tunc querela non ordinatur ad rescissionem testamenti, sed tantum pro iure querelantis: Dabitur ergo curator hereditatis iacenti, & sic statim à die mortis testatoris vel dationis curatoris incipiet hodie de iure Regio quinquenniũ ad querelandum à iure concessum, secum. Greg. Lop. in l. 4. n. l. entrado en la heredad, in 8. part. 6. Quamuis dicat esse melius, vt si heres scriptus non adeat, venientes ab intestato poterunt adire & contra ipsos interturbatur querela: Quam etiam sententiam probauit Matien. hic glof. 4. num. 4. & sequenti. d. dicens quod si omnes non adierint, contra curatorem hereditatis iacenti datum competet querela.

SVM MARI V M

1 Fructus rei legatæ hodie aditæ prædixi. l. i. de los testamentos, quamuis iure communi satis conueniens, nisi esset à quo tempore deberentur, à tempore mortis testatoris debentur.

Eadem l. i.

QVÆSTIO XXXIII.

1 QVÆRO tertiam & quarto circa eandem legem i. tit. de los testamentos, an hodie ea attenta sufficiat relinquere legatario statim à morte testatoris, an vero à tempore aditæ hereditatis? Et videtur nihil in hoc esse immutatum per nostram legem, cum ipsa tantum loquatur respectu valoris legatorum, etiam si heres non scribatur in testamento vel scriptus non adeat: De fructibus vero rei legatæ nihil disposuit: Seruabitur igitur ius commune, quod est satis controuersum in hoc quibusdam existimantibus fructus competere legatario hoc casu à tempore mortis testatoris, aliis vero à tempore aditæ hereditatis, prout refert duas opiniones communes contrarias in hoc Menoch. de success. creat. §. 21. num. 15. & doct. Anton. de Padill. in l. eam quam num. 86. C. de fideicommissi. vbi hanc secundam esse probatam l. 37. part. 6. affirmat, id quod prædixerat doctor Anton. Gom. l. vbi supra, resolut. cap. 12. de legat. num. 5. & 12. & Greg. Lop. in dict. l. 37. in glof. los frutos & Burg. de Paz in l. 3. Taur. in 943. quo casu iure communi hereditas adenda est à venientibus ab intestato ad valorem legatorum, iuxta glof. commun. approbat. in l. qui filio, §. i. verb. liber ex codicillis, ff. de hered. institut. de qua dixi supra quæst. proxime precedenti.

Nihilominus contrarium est tenendum, imo quod attenta nostra lege fructus rei legatæ debeantur à tempore mortis defuncti etiam ante aditam hereditatem, cum valeat legata ipsa sine institutione heredis vel aditione scripti vel venientium ab intestato, vt in quæstione precedenti resoluimus: Ergo cõ statim mortuo testatore valeant & non requiratur aditio hereditatis, provt requirebatur antea, consequens est, vt sublatodictod obstaculo pleno iure valeat, nempe cum fructibus, cum statim mortuo testatore transeat dominium rei legatæ in legatarium. Et ita hanc opinionem, quamuis sub dubio, tenuit Gregorius Lopez in dict. l. trigesima septima, in glof. fructus, sed firmius id late probat atque defendit doct. Burgos de Pace, vbi supra dict. num. 943. & sequ. doct. Anton. de Padill. in dict. l. eam quam,

num. 87. & Matien. in præf. dict. glof. 4. num. 30. vbi numeris lequentibus aliquibus modis eam limitat.

Non obstat fundamentum sup. in contrariu adduct. Id n. efficax non est quoniã et si de fruct. legatoru nihil disponar nostra l. legenda; tñ supradict. sententia bene deducitur & vera efficitur ex decisione principali nostræ legis, quatenus disponit, valere hodie testamentu quoad legata & cetera in eo contenta, quamuis nullus heres in eo scribatur vel scriptus hereditatem minime adierit. Legata igitur non hodie depedēt ab heredis institutione, nec hereditatis aditione, provt olim iure communi & Partit. sed statim valent & debentur: Igitur cõ fructibus, vt recte considerauit Burgos vbi supra, d. n. 944. De fructibus autem meliorationis tertii & equitatis, à quo tempore debeantur, agit latè Ang. in l. 4. gl. 6. tit. 6. hoc lib. 5. N. vna Collect. Reg.

SVM MARI A

1 An hodie præd. l. de los testamentos, attendit, sufficiat, relinqui filio legitimam quocunque relicti titulo? per totam quæstionem resoluimus sufficere, vt testamentum impugnari nequeat, ipse filius poterit supplementum petere.

2 Iure Authenticorum parentes tenebantur relinquere filijs legitimam titulo institutionis.

Eadem l. i.

QVÆSTIO XXXIII.

1 QVÆRO quinto circa eandem legem i. tit. de los testamentos, an hodie ea attenta sufficiat relinquere filio legitimam quocunque relicti titulo? Et videtur quod non, cum lex nostra minime, saltem expresse agat eo casu, quo existit filii vel alii descendentes legitimi, qui necessario secundum ius sunt instituenti vel exheredandi, præcipue ¶ cum iure nouissimo Authenticorum parentes teneantur relinquere filijs legitimam titulo institutionis, iuxta tex. in Authen. vt cum de appell. cognos. §. aliud quoque capitulum, collator. 8. & communem & receptissimam sententiam relata per D. Anton. de Padilla, in l. eam quam, numer. 70. C. de fideicommissi, & latius per Matien. hic glof. 10. num. 51. & latissime per doct. Didac. Perez. in l. 1. tit. 2. lib. 5. Ordinar. fil. 10. colum. 2. Ne igitur inducatur huius iuris tacita correctio, satis videtur, vt lex nostra loquatur atque intelligatur in alijs testatoribus quam parentibus, qui etiam attentio iure communi pro valore testamenti tenebantur heredem institueret, cum ante heredis institutionem inutiliter legaretur, vt in §. ante heredis, post. de legat. cum siml. & in terminis hanc opinionem latissime tenet & probat Didac. Perez vbi supra fil. 11. & sequent.

Nihilominus contraria sententia intrepide est tenenda; imo quod hodie attenta hac nostra lege sufficiat relinqui filio legitimam quocunque relicti titulo vt testamentum impugnari nequeat, sed potius sustineatur, licet ipse filius possit petere supplementum legitimæ, iuxta l. omnimoda, & in l. scimus, §. repetitionem, C. de inoffic. testam. & in l. scimus, §. repetitionem, C. de inoffic. testam. quoniam lex nostra generaliter in omnibus testaments loquitur, tam parentum quam alioru, vt patet in principio eiusdem, vbi si aliquis, &c. Ergo in omnibus intelligi debet quæ expresse tollit obligationem heredis instituenti, imo eo non instituto decidit valere testamentum, quoad legata, & cetera in eo contenta: Ergo si in huiusmodi testamento, in quo filius non instituitur heres in sua legitima, eidem relinquatur legatum vel fideicommissum aliquod, valebit testamentum per hanc legem, & filius poterit petere supplementum legitimæ; per supradicta iura: Ita tenet Roderic. Suarez in l. quoniam in prioribus, l. amplius,

num. 8. ad finem C. de inoffic. testam. Mench. de success. creat. §. 20. num. 245. quos refert & sequitur doct. Anton. de Padill. vbi supra num. 74. & Burg. de Paz in l. 3. Taur. num. 888. versic. vt num. Sed melius omnibus idem defendit doct. Molin. de Hispan. primogen. lib. 2. c. 15. num. 14. cum sequ. & hanc sententiam latissime alijs fundamentis probauit Matien. in præf. glo. 10. num. 56. & sequentibus, præcipue num. 57. dicens ita semper vidisse practicati in Pinciana Cancellaria, vt filius, cui aliquid quocunque titulo fuit relictum, non impugnet testamentum, sed agere possit ad supplementum legitimæ, iuxta iura modo relata. Et licet non agat ad supplementum, vidit Regios lenatores ita pronuntiare, vt sibi legitima suppleatur: nouissime eandem opinionem probat Ioan. Gracian. in regul. 199. num. 1. ad fin. Et ita est tenendum, quamuis Mench. de success. creat. §. 10. nu. 21. & sequ. existimet valere hoc casu testamentum, non per hanc nostram l. sed per l. scimus, §. cum autem, C. de inoffic. testam. sed fallitur meo iudicio in hoc, cum expresse disponat nostra l. de nouo valere hoc casu testamentum.

Sed & plurimas alias quæstiones circa nostram l. o-mitto, in quibus resoluimus, eam ius comũne alterare, quia sunt congeste late per D. Ant. de Padill. in d. l. eam, quam, nu. 70. & sequent. & Burg. de Paz in d. l. 3. Taur. in 5. & 6. conel. per totum, & Matien. in præf. supra tamen examinatas ideo retuli, quia viliores sũt in praxi atq; difficiles: Sed scrupulis ipse Burg. de Paz in dict. l. Taur. in 4. conel. per totum, num. 329. & pluribus sequ. plures alias practicas quæstiones examinatas circa intellectuam nostræ legis quatenus requirit testes, qui interuenire debent in testamento nuncupatio, debere esse vicinos, quas nolui transcribere, quia satis exacte atq; accurate ipse eas dillicti.

SVM MARI A

- 1 Testamentum in scriptis inter liberos, an hodie attendat l. 3. Taur. eandem solemnitate requirat, quã testamentum in scriptis inter extraneos? & nu. 2. resoluuntur affirmatiue.
- 2 Dicitio Pero, qua latine est Sed, aduersatur precedentibus in iure & in factis.
- 3 Clausula in medio posita pariformiter determinat precedentia & sequentia.
- 4 Est ratio expressa in bene locum habet extensio, etiam in correctoris, quando ipsa militat in casu ad quem sit extensio.

L. 3. Taur. hodie l. 2. tit. 4. lib. 5. Nouz Collect. Regiæ.

QVÆSTIO XXXV.

1 QVÆRO ¶ circa l. 3. Taur. quia hodie est l. 2. tit. 4. lib. 5. N. vna Collect. Regiæ, agente de solemnitate testamenti nuncupatiui, & in scriptis, tam inter filios quam extraneos, an corrigat ius commune, non tantum in testamento nuncupatiuo inter liberos, de quo loquitur in principio, sed etiam in testamento in scriptis inter eosdem, vt eadem tunc solemnitas requiratur, que in testamento in scriptis inter extraneos? Quæstio hæc difficilis est, & inter nostros Hispanos satis controuersa, atque latissime per eos agitata in vtramque partem: ideo quam citius potero ab ea me expediam, præcipua & substantialia fundamenta tantum referens, & quid sit tenendum resoluens. Et primo videtur ius commune hoc casu, id est in testamento in scriptis inter liberos, non esse correctum per nostram legem, quia ipsa tantum corrigat ius commune in testamento nuncupatiuo inter liberos, in quo expressim iubet eandem solemnitate interuenire, quæ in testamento,

L. 4. Taur. hodie l. 3. tit. 4. lib. 5. Nou. Colled. Reg.

QUESTIO XXXVIII.

Quæro qd hodie attenda l. 4. Taur. que est l. 3. tit. 4. lib. 5. Nou. Coll. Reg. condemnatus ad mortem, an e...

Superuenit postea Doct. Ant. Gom. in d. l. 4. Taur. deliberato animo contrariam sententiam probavit, imo quod attenda cad. nostra l. condemnatus ad mortem habeat non solum testamenti factionem activam...

Eadem l. 4. Taur. Quæro qd hodie attenda nostra l. 4. Taur. & iure communi, quod Sodomita ipso iure amittat dominium bonorum suorum...

Er nostra l. attenda, veriorum existimo opinionem Telli Fernand. nempe ut Sodomita possit testari, cum hoc permittat generaliter cõdemnato ad mortem ex quacunque causa, nam hic Sodomita igni tradendus est, vt in pragmatica Regia Methymna: anno 1497. quæ hodie est l. 1. tit. 33. lib. 8. Noua Collectio Regia

co 8. a ratione cessantis. Et ita meo iudicio hæc secunda pars verior est de iure & tenenda, quam etiam seq. Pelæz de maiorat. l. 1. par. nu. 52. & Marienc. in præsent. gl. 3. nu. 6. & novissime Garcia. in regul. 20. nu. 8. quamvis idem Ant. Gom. 1. tom. variar. cap. 10. n. 19. expresse teneat & sequatur priorem opinionem Cifuentis, & ipso non relato Greg. Lop. in l. 4. de serrado para sempre tit. 9. par. 6. & quamvis idem Gregor. Lop. in d. l. 3. tit. 3. par. 6. in gl. non pudeat hæc retestamento, pro vtraque parte questionem nostram differens, nihil decidat, sed cogitandum relinquat, non obstat fundamentum Cifuent. tenentis contrarium, nempe quod in correctorijs non sit licita extensio, quia illud procedit, quando est diversa ratio, nõ vero si ratio est vniversalis in vtrõque casufuturæ enim non dicitur extensio sed comprehensio, vt declarat Bart. in l. cum pater, §. dulcisissimè, Dide leg. 2.

S V M M A R I A.

- 1 Sodomita iure communi ipso iure amittit bonorum suorum dominium. & efficitur inestabilis secundum communem opinionem, etiam ante damnationem, & n. 10. in fine.
2 Iure Regio attenda nostra l. 4. Taur. probatur Sodomitam posse testari, non solum post damnationem, sed etiam ante, iure quoque communi, vt in n. 3.
4 Condemnatus ad mortem, in testamento vel codicillis potest maioratum instituire vel meliorationem facere in ea solum parte que sua adiuuanda non est: nisi ante mortem id reuocet.
5 Non est de essentia testamenti factionis activa, quod quis habeat bona, ad hoc vt testari possit, sed quod ea possit habere.
6 Bona futura non comprehenduntur in confiscatione.
7 L. tit. 21. lib. 8. Noua Collectio Reg. in intellectu.
8 Quoties pro crimine bona confiscantur ipso iure, delinquens respectu illorum bonorum, que tunc habeat, non potest testari, sed vero respectu eorum, que non veniunt in confiscatione, pro ut supra.
9 Infamis tunc non potest testari, cum à iure hoc specialiter est expressum.
10 Hæreticus a iure canonico, cui est standum, non potest testari nec ex testamento capere.

Eadem l. 4. Taur.

QUESTIO XXXIX.

Quæro qd hodie attenda nostra l. 4. Taur. & iure communi, quod Sodomita ipso iure amittat dominium bonorum suorum & efficiatur intestabilis, tenent Anastasius Mediolanens. in consil. postico inter consil. Barbati consil. 65. vol. 1. n. 24. in si Gutielm. de Cugn. & Chafsan. eõique referens Avend. in suo dictionario in verb. Sodomita, idem probant alij plures relati à Tello Fernandez in præsent. n. 35. hoc intelligentes ante damnationem, & est communis secundum addit. Bernard. Diaz in præsent. crim. Canonice. cap. 89. versic. punitur, & sequen. ib. satis dubitat de hac decisiõ. & forte credit aliam esse à iure ex plurib. quæ ibi referet, & præcipue quia nullo iure caverit, quod Sodomita sit intestabilis. Quare succedit juris regula affirmatiua: Quod omnes qui non repetuntur à iure prohibiti, possunt testari, vt in l. ab ea parte, ff. de probat. & in l. si queramus, in l. 1. lib. 1. ff. de testam. l. 3. in princ. l. 1. n. 6.

Er nostra l. attenda, veriorum existimo opinionem Telli Fernand. nempe ut Sodomita possit testari, cum hoc permittat generaliter cõdemnato ad mortem ex quacunque causa, nam hic Sodomita igni tradendus est, vt in pragmatica Regia Methymna: anno 1497. quæ hodie est l. 1. tit. 33. lib. 8. Noua Collectio Regia

quo fit, vt si iure communi Sodomita per condemnationem intestabilis efficitur: per hanc leg. medeatur hæc infirmitas & sic possit testari, vt credit verum idem Tellus n. 43. licet relinquit cogitandum. Si vero ante sententiam ipso iure commissio delicti efficitur intestabilis, iuxta præd. Doct. opin. quævis videatur prima facie hoc casu ex nostra l. non posse testari, vt pote quia solum permittat damnato testari: nõ autem illi qui ante dånationem erat prohibitus, quia lex hæc solum aufert effectum serui pœnæ, non vero resultates ex facto, quod de iure reddebat eum intestabilis, quia de iure lex generalis superueniens nõ comprehendit provisionem specialem de iure, maxime diversam à leg. vt cum Chalfano cons. 7. n. 24. in proposito tradit Tellus hic d. n. 43. Re tamen accurate considerata potius contrarium dicendum videtur, attenda nostra l. quia si ipsa permittit condemnato ad mortem posse testari, quib. verbis comprehendit Sodomitam condemnatum, vt modo dicebamus cum ipso Tello, in qua condemnatione continetur & factum, ob quod Doctores de iure communi præd. delinquentem intestabilem efficit, & in super adest fortius vinculum, nempe condemnationis, pro quam factum certum & indubitatum publica auctoritate redditur: & notorium & sententia in iure loant æquiparari, nõ pe, vt idem jus tribuatur casu notorio, quod conceditur approbato iudicis sententia, vt in l. emptorem, in princ. ff. de all. empt. eadem. imo fortiori ratione auctoritate nostra. Licet testabilis Sodomita ante condemnationem, quasi per nostram l. condemnatus ad mortem potest testari, & sic iudicialiter convictus vel confessus de delicto, priori ratione & is qui nondum cõvictus nec confessus nec cõdemnatus est, quia non ita manifestus est delinquens ante sententiam, sicut post, condemnatione facta. Prohibito enim testandi licet in delicto fundetur, quia ipsum est causa prohibitionis, verificatur tamen probato delicto vel cũ de ipso constat: Ergo si quando de ipso constat per processum & condemnationem, hodie cessat præd. prohibitio, vt in nostra læsavit & à fortiori ante condemnationem, cum tum temporis non ita liqueat delictum sicut post condemnationem. Pro quo pondero nostram legem: nam per eam facultas testandi non solum conceditur, delinquentib. post damnationem, sed etiam ante damnationem. Primum patet ibi: El condenado por delito de muerte, secundum ibi: Puedan disponer de sus bienes salvo de los que por tal delito fueren confiscados, o se ovieren de confiscar, o aplicar a nuestra Camara, o a otra persona: Itaque ante confiscationem datur facultas testandi vel disponendi de bonis, cum dicant, O se ayan de confiscar, & ad actum futurum confiscationis, & sic testamentum præcedit confiscationem & condemnationem.

Ex quib. verbis nostræ l. modo relatis & iure etiam communi attento recte probavit Tellus in præsent. n. 2. & Marienc. in hac l. 3. gl. 3. n. 4. aduersus Paris. cons. 46. n. 15. vol. 3. in terminis nostræ l. valere testamentum factum ante condemnationem, quem sequitur est Doct. Molin. de Hispan. primog. lib. 4. c. 11. nu. 21. resolvens ex nostra l. sustineri maioratum damnati ad mortem ex testamento vel codicillis institutum, in ea solum parte, quæ hîco adjudicanda non est, ex quo ipse testari potest, nisi ante mortem primogenium reuocet. Quæ sententiam veriorum & probabiliorum esse proculdubio fatetur idem Doct. Molin. lib. 2. c. 6. n. 69. cũ Greg. Lop. quem refert in l. 1. tit. 31. p. 7. in gl. enna lador, loquẽtem in melioratione tertij & quinti, aduert. Rod. Suar. in l. quoniam in primis 10. limit. ad l. fir. n. 4. C. de offic. testam. & Covar. in rub. de testam. 3. par. n. 27. tenet cõtrarium: eandem affirmatiuam sententiam pro-

bavit etiam & sequitur est Marienc. in l. 3. tit. 4. lib. 5. Noua Collectio Reg. gl. n. 4. & novissime Joan. Gratian. in regul. 55. n. 16. fol. 24. quem latissime ad oculum probavit atque demonstravit in melioratione tertij & sq. in Tellus Fernand. in præsent. n. 4. & segg. aduert. in Re. der. Suar. & Covar. ubi supra, & novissime Pelæz de maiorat. l. 1. par. 7. n. 50. & Aug. in l. 2. gl. 1. r. 14. n. 6. hoc lib. 5. & addit. Bernard. Diaz ubi supra.

Nec obstat, quod lex generaliter superueniens non comprehendat provisionem specialem juris, maxime diversam à legem, & negamus specialem provisionem esse à iure, quod Sodomita ipso iure efficiatur intestabilis, quia licet hoc dicant nonnulli Doctores, nullo tamẽ iure id expresse caverit, & itidem diffitemur esse specialem rationem prohibitionis testandi in Sodomita ante condemnationem, vel post cum vtroque casu sit idem factum, imo maior videtur esse post condemnationem ex prædictis: tum etiam quia in ceteris condemnatis ad mortem (extra Sodomitam) in quibus lex nostra expresse loquitur, nullus diceret contrarium nempe ante condemnationem non posse testari, etiam si iure communi id esset expressum: nam correctæ prohibitionis testandi in cõdemnatis ad mortem, à fortiori potiori que ratione correctæ censetur ante condemnationem, & sic cum eadem ratio, imo maior militer hoc casu, comprehenditur vtrique non ex vi extensionis, sed comprehensionis vt dicebamus in questione præcedenti, & ita existimo de iure verius & tenendum saltem attenda hac nostra l. Regia, pro vt tenet contra Tellum Marienc. in hac l. 3. gl. 7. n. 5. quamvis contrarium: loquens in terminis juris communi, imo quod Sodomita etiam ante accusationem & cõdemnationem non possit testari, tenet Dec. in leg. 1. n. 7. C. de secund. nupt. quem sequitur Greg. Lop. in l. 16. gl. vlt. circa fin. r. 1. par. 6. & probat latius Doct. Covar. in Clem. si furiosus, l. 1. par. 1. r. 6. de homicid. & quamvis non obstante hac nostra l. 4. Taur. idem in Sodomita condemnato per sententiam, quod non possit testari, teneat Pelæz ubi supra, n. 108. sed ejus opinio non est tenenda, sed contraria, vt prædictimus, quam etiam esse nostram, novissime post hujus operis primam editionem probavit Velazquez in d. l. 4. Taur. gl. 7. n. 16. & 17. Nec obstat, quod per d. pragmat. Methymnae confiscentur ipso iure bona Sodomitæ, & sic non videatur habere, de quibus possit testari. Nam non est de essentia factionis testamenti activa, quod quis habeat bona, ad hoc vt testari possit, sed quod ea possit habere, vt alios referens probavit Tellus hic r. 40. & 43. idem in l. 3. Taur. nu. 97. Et bona futura non comprehenduntur in confiscatione, vt late agit idem auctor hic n. 45. & segg. n. 68. col. pen. Et ¶ in terminis quod Sodomita possit acquirere bona post commissum delictum, & postea acquisita vlt. ad condemnationem non veniant in confiscatione, tenet Tellus in præsent. n. 48. quamvis relinquit cogitandum, & probat late Pelæz de maior. p. 2. nu. 10. & segg. ubi respondet ad supra d. pragmat. Regiam, sequitur etiam Marienc. in hac l. 3. gl. 7. nu. 6. Imo cum præfata Regia pragmatica non auferat huiusmodi delinquenti factionem testamenti, licet pœnam aliàs augeat, videtur ipsum posse hodie testari per supra dictam, saltem de bonis postea acquisitis.

Nec sciam obest, quod per præfata pragmat. hoc crimen Sodomitæ, tanquam gravissimum æquiparatur criminibus exceptis hæresis & læsæ Majestatis, & in condemnatis ad mortem ex dictis criminibus exceptis lex nostra non procedat: quia huiusmodi delinquentes sunt incapaces acquirendi in futurum vt dicitur ex cad. l. in illis verbis: Exceptio de los que por tal delito fueren confiscados, o se ovieren de confiscar, & c. & inte-

stabilis vt in terminis tenet Pelaez *vbi supra*. n. 38 & 59 *vbi n. 60* & plurib. *seqq.* latissime agit pro vtraq; parte, à quo tempore commissi delicti vel condemnationis, de quo etiam per Caltr. *lib. 2 de iusta heretic. punit. c. 9* & *Matencian. d. l. 3 gl. 7 n. 6.* non inquam obest d. equiparatio, quia procedit quoad amissionem bonorum & ordinem procedendi & probandi delictum: non vero quoad prohibitionem acquirendi alia bona, vt advertit Pelaez *vbi supra d. n. 107 & 108.* Nec refert, quod in hoc crimine Sodomix bona amittantur & confiscantur ipso iure, vt in *d. pragm. Regia.* continetur, ⁸ quasi tunc videatur prohibita testamenti factio, vt tenet Anasta. in *d. consil. 65.* vbi supra allegavit Bald in *auth. incestus, in finalib. verb. C. de inest. nupt. Alex. n. addit. ad Bar. in l. si queramus, ff. de testam. in finali additione seq. Guilelm. in c. Raynarius, verb. mortuo in aequo testator. et primo. n. 134 de testam. Nam verum est, vbi dicitur bona sunt confiscata ipso iure, non posse delinquentem de his testari, non vero prohibitio extenditur ad alia bona, quae non veniunt in confiscatione, vt ipsemet Bald. *vbi supra.* hoc declarat, & latius Tellus in *presenti. l. 4. Taur. n. 39. & 40* & hoc ipsum eadem nostra Lex prinit, ibi, *Salvo de los que por el tal delicto fueren confiscados, &c.* Ergo cum confiscatio ad bona futura non extendatur, vt praedicebam, de illis Sodomita poterit testari. Nec etiam obest, quod Sodomita efficiatur infamis. *Item vtr nabis in feminam, vbi gl. C. de adult. cum similib. transeat, & quod infamis nō possit testari. l. i. cuius, v. l. ff. de testam.* Nam hoc procedit, quoties à iure hoc expressum est, nepe vt infamis ex tali causa non possit testari, alias secus, vt late probat Tellus hic n. 41 & 42. Sed iure non invenitur expressum, quod Sodomita non possit testari: Ergo licet sit infamis, non ideo redditur intestabilis: quod fit, vt ex *d. pragm. Mchymna* nihil respectu nostrae quasi immutatum sit, vt recte advertit Tellus *d. n. 42.* Hæreticus autem quavis iure civili Authenticorum possit testari, vt in *Auth. v. cum de appellat. cognosc. si quis de praed. parent. v. generaliter autem providentiam,* ibi, *Non licet eis alios heredes sibi instituire, nisi liberos orthodoxos, & Ecclesia Catholica communicantes & in l. 1. tit. 26 p. 7* de iure tamen canonico (cui est standum etiam hodie, stante nostra l. Reg. 4 Taur.) hæreticus nō potest facere testamentum nec capere ex eo, vt in *c. ex communicamus, & credentes, de haeret. & licet leges civiles vel Regni alii disponant, standum est praed. iuri canonico, vt in c. inquisitio. 2. § prohibemus, de here. in 6* tradit alios allegans Tellus *vbi supra. n. 34.* & quod hæreticus nō possit testari, neque ex testamento alterius quippiam accipere, tradit etiam Doct. Simanc. *de instit. cathol. tit. 46 n. 55 & seqq.* nec non novissime Velazquez in *d. l. Taur. gl. 7 n. 7 & n. 11.* id in hæretico cōdenato ad mortem naturalem firmiter tenet, secus in civiliter damnato propter aliquam heresis speciem, cuius bona non in totum ob delictum confiscantur: Nam is de bonis non confiscatis & futuris testari poterit secundum ipsum. Fit igitur ex supradictis, vt quavis iure communi receptor sit opinio, vt Sodomita testari non possit, attenda tamen hac nostra l. Regia contrariam sit tenendum cum veriori opinione contrarium, quae hæc l. Regia probata videtur.*

SVMARIA.

- 1 Filijsfamil. an de 3. part. bonorum, de qua possunt testari suis sibi parentibus, possunt plene & libere disponere non solum respectu proprietatis, sed etiam usufructus: & n. seqq. negatur.
- 2 Usufructus patris in bonis adventitij filij non finitur morte filij in vita patris, sed durat pro tempore vita patris.

- 3 Filius ingrediens religionem, potest testari sine praeiudicio usufructus patris.
- 4 Idem est in filiosum effecto clerico.
- 5 Lex vel statutum concedens filiosum facultatem testandi, debet intelligi satis semper usufructu vel iure, quod habet pater in bonis filij.
- 6 L. 5 Taur. eodem modo est intelligenda.

L. 5. Taur. hodie l. 4. tit. 4. lib. 5. Novæ Colle. Regiz.

QVÆSTIO XL.

Quarto circa l. 5. Taur. quæ hodie est l. 4. tit. 4. lib. 5. ¹ Nou. Coll. Reg. permissum filiisfamilias habentibus, etate legitima, vt possint testari, an de tertia parte bonorum, de qua possunt disponere parentes vel alij legitimi a cendentibus. in *l. 3. Taur. hodie l. 1. tit. 8* infra hoc lib. 5. possint plene & libere testari, non solum respectu proprietatis, sed etiam usufructus: ita vt possint patri præiudicare in praed. usufructu tertia parte pro se et pro vita sua, necne: Et videtur posse, primo per hanc nostram l. dum eis cōcedit facultatem testandi, ac si essent extra patriam potestatem: sed si esset extra patriam potestatem, posset abiq; dubio testari de praed. p. in proprietate & usufructu, quonia tunc pater nō haberet usufructu, sed esset filiorum simul cū proprietate: Ergo hodie per nostrā l. idem erit in filiis etiam fami. Constitutus sub parentum potestate. Secundo per praed. l. 1. tit. 8 infra eod. lib. dum permittit filijsfamilias disponere de tertia parte bonorum cū usufructu: qualitas sunt, pro anima sua vel alias ergo bene sequitur, quod potest dispōnere integre de d. 3. parte, tã in proprietate, quam in usufructu. Nam pro anima exlequitio defecit non debet, ergo nec pro alijs, pr. cipe cum ex *d. l. 6. Taur.* legitima augeatur parentum: ergo in recompensatione augmenti legitime debet hoc gravamen pater suffere, vt possit filius de tertia parte bonor. suorum libere ac integre disponere. Tertio ex *tex. de here. ab intestato venientibus* si vero cum a cendentibus vbi dispositur, quod quando parentes succedunt alicui filio cum alijs fratrib. defuncti partem, in qua alij fratres succedunt, integram cōsequuntur sine onere alicuius usufructus. Et his fundamentis hanc partem pro verissima tenet & defendit D. Ant. Gom. in *l. 6. Taur. n. 4.*

Sed cōtraria sententia verior est & tenenda, imo quod filiusfam. in bonis in quib. pater habet vsufr. minime testari possit de vsufr. 3. partis dictorum bonor. in præiudicium patris, sed tantum de proprietate. Primo, quia v. usufruct. patris in bonis adventitij filijfam. non finitur morte filij. Itaq; pater etiam mortuo filio gaudet pro toto tempore vite suæ praed. vsufr. vt in *l. finitur, in iure, de vsufr. ex. expressum in l. 1. § si vero de iuncta personar. C. ad Tertul.* Quod procedit etiam hodie in nostro Regno, quia non reperitur contrarium dispositū, vt pro constanti tenet Ant. Gom. in *d. l. Taur. n. 12.* Tradit lo. à Roias in *Epist. success. c. 29 n. 28.* post alios plures quos refert. Secundo per *tex. expressum* à nostris Hispanis (quod ipse videlicet) minime allegatum in *l. 1. § si ipsi autem filij, in vers. filij autem C. de bon. qua. l. b. cuius verba sunt hæc: Filius autem finitur autem in eis donaxat casibus, in quib. usufructus apud parentes constitutus est. donec patres vivunt, nec de eisdem reb. testari permittimus, &c.* Nec obstat quod hodie per nostram l. possint de praed. bonis testari, quia intelligendum est sine præiudicio vsufr. patris, vt infra dicemus. Tertio per *l. si quando, C. de inoff. testam. vbi quando lex permittit alicui testari, intelligitur, vt secundum jus cōmune testetur, quia tantū dispensat lex circa facultatē testandi, in ceteris vero jus cōmune servari debet.* Sic ergo debet intelligi nostra l. vt nō corrigat *d. ver. filij autem.* Quarto argum. *tex. in auth. de Monach. § illud et* ² *segundo*

segundo, collation. vbi filius ingrediens religionem, potest testari sine præiudicio usufructus patris, per quæ *tex. hæc est communis sententia* pro vt soluit Decius in *cap. in presensia, nu. 62. ad probat. vbi latius Augustin. Berous num. 526. doct. Conar. in cap. quia nos, in princ. nu. 2. de testam. doct. Anton. Gomez. in l. 4. 8. Taur. n. 7. circa finem, vers. 4. in fine, Tellus Fernan. in hac l. 5. Taur. n. 5. loar. à Roias *vbi supra* n. 25. Idem est ¶ in filiofamilias effecto clerico, qui si testetur, vt potest, secundum communem sententiam nō tamen potest aliquo modo disponere de usufructu, quem pater habet ante clericatum filii per *tex. in l. sacrosancti, vbi D. C. de sacrosancti. eccles. vt post alios resoluti Arias Pincl. in l. 1. par. 1. n. 43. C. de bonis matern. dicens hoc esse receptū & verius secundum Anton. Gom. in *d. l. 4. 8. Taur. n. 7. & refert qd sequitur Pelaez de maior. in 2. part. qua. 1. n. 45. Matien. in hac l. 4. tit. 4. lib. 5. Nonæ Colle. Reg. gl. 3. n. 4.* Et ita hanc sententiam principalem in nostra questione & in terminis nostrae l. merito probavit D. Peralt. in *rubric. ff. de hered. instit. nu. 181. & sequens ibi,* dicens ita se pronuntiasse, quamvis negotio ad Reg. Cancelleriam per appellationē delato, fuerit facta remissio ad aliam aulam, eo quod quibuldam videretur rigidum esse cōardate facultatem testandi per *d. l. 5. filio* concessam ad solam proprietatem in 3. partis. ex quo alie due partes solide ac pleno iure competebat patri, per *d. l. 6. Taur.* sed hoc sine fundamento esse dicit, ac proinde præcedentem nostram sententiam nihilominus probat, asserens interim quod lis ditimebatur per iudices, fuisse per transactionem finitam. Eandem etiam partem probat, & latissime & optime Tell. Fernand. in *presenti. n. 3. & seqq. & Fern. à Roias vbi supra. n. 23. & sequ. & Pelaez vbi supra. nu. 46. & ante eos Greg. Lopez in l. 13. tit. 1. p. 6. gl. que est in epodis, & D. Peret. in l. 1. tit. 2. lib. 5. Ord. fil. in. & postremo Matien. vbi s. vt ex *suprad. par. Hæc est verior, non solum, sed etiã magis communis sententia, ac proinde tenenda in iudicando & consulendo, quã post hæc scripta sequitur etiam D. Spin in *spec. testa. gl. 9. princ. col. penul. in si. col. §. & in d. l. 5. Taur. gl. 6. per totam, & in l. 6. gl. 6. n. 2.*****

Non obstat huic sententiae nostra l. 5. Taur. in verb. supra relatis, nepe, *Que puerdã testar los bnos familias, como si estuueran fuera de poder de sus padres:* quia hoc verū est, quoad habitatem & facultatem testandi, quã de iure communi filiifamilias minime habebant, vt in *l. si queramus, ff. de testam. & in l. qui in potestate, eod. tit.* quæ leges hodie cōtingunt per nostram, debet tamē intelligi saluo semper usufructu vel iure, quod pater habet in bonis filij. vt expresse in terminis, nempe quod pater habet in bonis filij, vt expresse in terminis, nempe quod per legem vel statutum conceditur filio licentia testandi decidit Bald. in *d. l. si queramus in finalibus verbis, argumentum text. in l. cum maritus, § fin. ff. de pall. dota. l. 1. ex. factis, in princ. ff. de vulgar. & pupill. quem sequuntur Imol. & alij plures, eoque referens idem probat doct. Anton. Gom. in *d. l. 6. Taur. num. 13. Pincl. vbi supra num. 44.* addens pro hoc bonum *tex. in d. l. 1. § quando, C. de inoff. testam. doct. Peralt. vbi supra & Ioan. à Roias vbi supra, num. 24. testatur communem sententiam Tellus Fernand. in presenti numer. 3. communem & veram eam appellat Matien. vbi supra, dicit gloss. 3. num. 3. Præiudicium enim alicui concessum, intelligendum est sine præiudicio alterius, in *l. 1. § si quis à princ. ff. ne quid in loco publico, l. nec auus, C. de emancip. 6. liber. c. ex multiplici de decim. Non etiam obest d. l. Taur. in verbis supra relatis quatenus concedit facultatem filiifamilias testandi de tertia parte bonorum: quia intelligi debet respectu illius tantum iuris, quod sibi competit; & non de alieno, argum. l. vxor patris,***

*C. de legat. & l. qui tabernas ff. de contrah. emt. Auth. ingressi, C. de sacrosancti. eccles. l. heredes palam, § si quis post ff. de testa. & patet ex eadem l. ibi, de sua bene, Nemo enim relinquit quod nō habet, vt in l. si vniuer. C. de legat. l. successores, C. ad Falcid. sed filiusfamilias vivente patre non habet usufructum regulariter bonorum suorum, quia est patris, vt supra est dictum Ergo de eo in ipsius præiudicium testari non potest, sed tantum habet nudam proprietatem: de ea ergo tantum vivente patre poterit testari. Non obstat & tertium fundamentum contrariæ partis: nempe *tex. in Auth. de hered. ab intestato, veniens § si veronon ibi, ideo illud, quia concurrebant fratres cum parentibus defuncti, & in recompensam praed. usufructus attributus fuit virili portio patris in proprietate & usufructu.* Hodie autem attenda *l. 6. Taur.* nullus concursus datur inter parentes & filios, sed omnne ius consolidatur in patribus. Ergo merito quod ille usufructus acquisitus & competens ex patria potestate non amittatur per mortem filij, et si per ipsam solvatur patria potestas: quo fit, vt non solum *tex. ille nobis non obstat, sed potius ex eodem contraria confundatur opinio, vt responder Tellus hic num. 6.* late id agens, qui *num. 7. & 8* est videndus circa quandam limitationem nostrae sententiae.*

SVMARIA.

- 1 In casu l. 5. Taur. an sufficiat quod in mandato ad restandum exprimat nomen heredis per equipollens vel demonstrare eum aliquo signo indubitabili, & sequenti quod hoc sufficiat resolutur.
- 2 Quando lex vel statutum requirit nominis expressionem pro forma, nō sufficit si exprimat per equipollens vel indubitabili signo: hoc intelligitur, vt infra n. 6.
- 3 In iusticio heredis indubitabili signo etiam demonstrando valet.
- 4 In iusticio heredis facta, hoc modo, *Instituto heredem illum, qui continetur in tali scriptura, vel quem Titus instituit in suo testamento vel alio simili modo valet: secus si dicat quem Titus instituit.*
- 5 Testamentum quoad legata valet, si servatis solemnibus testator dicat, volo vel iubeo, quod heres meus dat illud scriptum in schedula, quam reliqui pene Guardianum fratrum Minorum, dummodo legitime constet, schedulam esse testatoris: quod procedit etiam respectu heredis institutionis.

L. 31. Taur. hodie l. 5. tit. 4. lib. 5. Nou. Colle. Regiz.

QVÆSTIO XLI.

Quarto circa legem 3. Taur. hodie l. 5. tit. 4. lib. 5. ¹ Noua. Colle. Regiz. an in casu ipsius sufficiat, quod in mandato ad restandum exprimat nomen heredis per equipollens, vel demonstrare eum aliquo signo indubitabili: an vero requiratur expressio nominis heredis in indiduo: Et videtur hoc vltimum requiri, nec sufficere præcedens, per *tex. in l. ubemus, C. de testam. vbi pro forma requiritur expressio nominis heredis ore proprio testatoris fenda, iuncto verfic. si non fuerit obseruatum, vbi probatur non valere aliàs testamentū. Ad idem est *tex. in l. hoc consultius, C. qui testament. facere possunt.* Secundo per hanc nostram leg. Reg. ibi, *Nombrando el que da el poder su nombre à quien manda que el comissario haga heredero.* Sed quando lex vel statutum requirit expressionem nominis pro forma in aliquo actu, non sufficit demonstratio per equipollens vel signo indubitabili: quia forma dat esse rei, sine qua actus corrumpitur, vt in *l. cum his, § si prator ff. de transact. & in l. lulsanus, § sed & si quis, ff. ad exhibend. per quæ iura & alia hanc doctrinam tenet Bald. in *l. 1. col. 1. ff. de liber.***

et possit quem sequuntur ibi committit doctores...

Sed nihilominus vera solutio est in contrarium, imo quod in causa nostra legis sufficiat si certitudinaliter exprimat heres in mandato per aequipollens...

4 Ex quibus inferretur, valere quidem optimo iure institutionem heredis vniuersalis ita factam; Instructio heredem illum, qui continetur in tali scriptura...

minime certum sit, quem instituit: eandem testatur communem & committit seruari Parisius consil. 19...

S V M M A R I A.

1 Parens vnum possit committere alicui, ut meliorem vnum vel duos ex filiis vel nepotibus, quos ipse voluerit vel elegerit, non sequens.

- 2 Pater potest meliorem vnum ex filiis suis quem vxor elegerit. 3 Idem est si concedat facultatem meliorandi quem vxor vel alius elegerit.

Eadem l. 3. Taur.

Q V E S T I O X L I I .

Q Væro? vltimus circa eandem leg. 3. Taur. vtrum parens possit committere alicui, eiusque potestatem concedere meliorandi vnum vel duos ex filiis suis vel nepotibus quos ipse commissarius voluerit vel elegerit?

Sed nostra questio procedit, quando patres non dixit, Meliorem vnum ex filiis, sed vxor mea vel alius elegerit, sed concedo facultatem vel potestatem de vxori meæ, vel alicui alteri meliorandi vnum vel duos ex filiis meis vel nepotibus, an hoc valeat?

3 Nihilominus? tamen in nostra questione contrarium resoluit esse tenendum, imo quod prædicta commissio & facultatis concessio & melioratio inde sequuta valeat & teneat, etiam si parens non dicat, Meliorem?

id quid datur mandatum vel commissio, Non vero requiritur lex, quod nomina meliorandorum exprimat, sicut persona heredis nominari debet. Sicque differentia supradicta datur inter mandatum ad heredem instituendum, & meliorationem tertii & quinti & cetera faciendam: nam lex hæc permittit, vt testator simpliciter tribuat mandatum potestatem prælegandi vni ex filiis, ex quibus certis eligat vnum vel plures, quos voluerit, vt in terminis sic eam intelligit doctor...